

nientes enim arcem suam Palladi sacrām nominarunt πόλιν.  
*Aristoph.* *Lysistr.* v. 759.

'Αλλ' ἐ δύναμαι γωγὸν οὐδὲ ποικᾶσθ' ἐν πόλει  
 'Εξ ἐ τὴν ὄφιν ἔδον τὴν οἰκεցόν πότε.

ubi Schol. ἐν πόλει interpretatur ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Bergler* ad Aristophanis *Plutum* v. 772. locum ex *Euripidis Ione* laudat, vbi Athenarum *ark* Θεᾶς πτόλις dicitur. Inde quoque Minerua πολιάς Ἀθήνη adpellata est, quasi Dea tutelaris, quia arci praeerat p). Forte arx Atheniensium per ellipsin dicitur πόλις pro πόλις ἀκρά. *Hesychius* enim πόλις ἀκρῆ interpretatur ἀκροπόλει. Vrbem vero ipsam, Athenas puto, dicebant ἄστυ, quod egregie elucet ex *Aelia-ni Var. Hist. IV-25.* Ἀπολιπών γὰρ τὸ ἄστυ, καὶ κατελθῶν εἰς τὸν Πειραιῶν — vbi *urbs* opponitur *Pyraeo*. Scholastes ad Aristoph. *Plut.* v. 1176. Ἐν ἄστει, inquit, Σωτῆρος Δίας τιμῶσιν, ἐνθα καὶ Σωτῆρος Δίὸς ἐσὶν ιερόν. Non dicit ἐν πόλει, sed urbem ipsam significaturus ἐν ἄστει q). Inde quoque ἄστος *civis*, qui in astu habitat r). Ex quibus itaque lectionem *urbem* et Horatio, qui ubique fere, quantum fieri possit, Graecam imitatur loquendi consuetudinem, potius conuenire, et quamdam audaciae speciem prae se ferre; facile adparere puto. — Iam pergit homo venustus, alii dicant *aptum equis Argos*, ditesque *Mycenas*,

*Me nec tam patiens Lacedaemon  
 Nec tam Larissae percussit campus opimae*

B 3

Quam

p) vid. *Perizon.* ad *Ael. Var.*  
*Hist. II. 9.* p. 73.

q) Vid. *Hemsterh.* ad *h. l.* et  
*Bacchius* ad *Xenophont. Oecon.*  
 p. 34.

r) Plura de πόλει arce et ἄστε  
 urbe ipsa disputant ill. *Harles* ad  
*Corn. Nep.* p. 27. *Hemsterhus.* ad  
*Aristoph. Plat.* v. 772. et *I. Vof-*  
*sius* ad *Hesych. T. I.* p. 582. Ed.  
*Alberti.*